Diözese Passau / Salzburg, 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sequebat autem illum multa turba populi et mulieres que plangebant et lamentabant eum. Conversus autem ad illas ihesus dixit: Filie
rusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete et super filios
vestros. quia ecce venient dies in quibus dicent: Beate steriles et
ventres qui non genuerunt et vbera que non lactauerunt.
Tunc incipiet dicere montibus cadite super nos et collibus operite
nos quia si in viridi ligno hoc fecerunt in arido quid fiet.
Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur. Et
postquam venerunt in locum qui vocatur calvarie ibi crucifixe
runt eum et latrones. vnum a dextris et alterum a sinistris. Ihesus
autem dicebat: Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt.
Diuidentes vero vestimenta eius miserunt sortes. Et stabat
populus expectans. Et derridebant eum principes cum eis dicentes: Alios
saluos fecit se saluum faciat si hic est xpc dei electus. Illudebant
ei milites accedentes et acetum offerentes illi dicentes: Si
tu es rex iudeorum saluum te fac. Erat autem et super scripto
super illum litteris grecis et latinis et hebraicis. Hic est rex iudeo
rum. Vnus autem de hiis qui pendebant latronibus blasphe
mabat eum dicens: Si tu es xpc saluum fac te ipsum et nos.
Respondens autem alter increpabat illum dicens: Neque tu times
deum cum sis in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste
nam digna factis recipimus hic vero nichil malli gessit. Et dice
bat ad ihesum: Dne memento mei dum veneris in regnum tuum. Et
dixit illi ihesus: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Erat
autem fere hora sexta et tenebre facte sunt in vniuersa terra usque in
horam nonam. Et obscuratus est sol et velum templi scissum est medium.
Et clamans voce magna ihesus ait: Pater in manus tuas com
mendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit. Videns autem
centurio quod factum erat glorificauit deum dicens: Vere hic ho